

# **Cartulaire de Marmoutier pour le Vendômois, Nr. 66**

Omnium noticie orthodoxorum volumus ut liqueat quod Amalricus tres agripennos vinearum Sancti Martini in Vindocinensi pago emit, cum domo et torculari, in villa cui Usella vocabulum est, ea lege ut post obitum suum, aut si sibi placuerit, se vivente, illos Sancto Martino cum omni quod ibidem edificaverit, agripennorum causa reddat. Sed, ne apud illum Sancti Martini res minoretur, cum istis predictis dat similiter alios duos agripennos vinearum in eadem villa, de suo proprio, simili lege ut et ceteros. Nec vero largitur eos implicitos seu alicui obnoxios, sed ab omnium hominum calumpniis, ab omni etiam lege, preter censem, absolutos. Quod ut stabilius atque inviolatissimum permaneat, huius rei testium hic continentur nomina.

Domnus abbas Albertus, testis – Gilduinuis miles, testis – Eubrardus cellararius, testis – Ascelinus, testis.